

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Inauguralis Medica De Ictero**

**Camerarius, Elias Rudolf  
Mögling, Johann Burckhard**

**Tubingae, 1679**

V.

[urn:nbn:de:bsz:31-42086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42086)

## DE ICTERO.

criticè, symptomaticè aliquando, dum in extimis stagnat, quod Loci vitium alii vocant, & interdum sanguinem, ut §. *preced.* dictum, magis inficit. Sæpèque non uno dīctorum, sed duobus & pluribus modis Symptoma hoc producit biliosus humor.

V. *Causa Mediatæ Naturales* sunt, quotquot largiorem biliosi-humoris proventum adjuvant, eundem variè alterant, & ad exteriora moveri faciunt, corpusque ad obstructions, viscerum maximè, disponunt, temperamentum cholericum, melancholicum, prima infantia, ætas juvenilis, senilis. Mercurium & Martem accusant *Astrologi*, ad quos Lectorem remittens, Medicum rectius causas sensibus nostris magis obvias, quàm remotas illas ab astris desumptas inquirere judico.

VI. *Nonnaturalium* agmen ducit Aër, calidior præcipuè, & siccior, qui bilis ferax, frigidus item, obstructionsibus, & crudorum humorum collectioni ansam qui præbet. Cibi calidi, sicci, acriores, valdè aromatizati multùm ad copiam, & ebullitionem bilis conferunt, vini meracioris & spiritus vini liberalior potus, inedia, consueti jentaculi denegatio, immoderata corporis exercitia, post cibum præsertim, vigilæ nimix, lucubrationes, ira, exempl. in gravida vide apud *River. C. 2. Obs. 9.* mœror longus, metus, exempl. habet gravidæ *Excell. Binninger Cent. 5. Obs. 37.* ♀ intempestiva, balneorum usus nimius, verbò, Luxus omnis velut imber sanitatem nostram prosternens; Idem efficiunt retenta subinde p. n. quæ excerni debebant, excrementa, menses præprimis, lochia, & hæmorrhoides, hinc & icterum infantes in utero materno, vel 3. aut 4. diè à partu corripientem non malè ex meconio retento, aut in deterius corrupto quidam derivant, notante *Exc. D. D. Ettmüll. Valet. Inf. c. 2.* melius sc., quàm qui ex compressione infantis in partu deducunt. A tabaci fumo in Inassueto Icterus natus vidit *Borell. hist. & Obs. Medico-phys. C. 4. Obs. 31.* Ex assumptione plumbi copiosiore *Fernel. d. cur. L. Ven. c. 7.* observavit, Ex baccis juniperi immoderatus devoratis puer adhuc Icterus contraxit *Exc. Bruno,* ut refert *Remor. purg. p. 120.*

VII. *Venena* quomodo Icterus producant, lis est inter Autores maxima: Potiores cum *Senn. l. c. τὸ θείον Hipp.* agnoscunt,